GREGORIUS MAGNUS
Admont, 12. Jh.
Seite 150r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift

momordit. diuinitatis illum aculeus pforauit. Quasi
hamus quippe fauces glutientis tenuit. dum in illo &
esca carnis patuit. quam deuorator appetiuit. & diuini
tas passionis tempore latuit que necauit. In hac quippe
aquarū. abysso idest in hac inmensitate generis humani
adomniū mortē inhians. uitā pene omniū uorans. huc
illucq; apto ore cetus iste ferebatur. s; admortē ceti isti
hamus in hac aquarū pfunda atq; caligosa abisso mira
est dispositione suspensus. Huius hami linea illa est.
peuanglm antiquoq patrū ppago memoratta. Nam cū
dicit. abraham genuit isaac. isaac genuit iacob. cumq;
ceteri successoris interposito ioseph. nomine usq; admariā
uirginē deseribuntur quasi queda linea torquetur. in cui
extremo incarnatus dnīs idest. hamus iste ligaretur.
quē in his aquis humani generis dependentē apto ore
iste cetus appeteret. s; eo psatellitū suoq seuiciā mortuo
mors mordendi uires ulterius non haberet. He ergo
iste humanis mortibus cet insidians. quos uellet
ultra deuoraret. hamus hic fauces raptoris tenuit.
& se se mordentē momordit. Incarnationē igitur
unigeniti filii fideli famulo indicans ds ait. An ex
trahere poteris leuiathan hamo subaudis. ut ego.
qui adraptoris mortē incarnatū unigenitū filium
mitto. in quo dum mortalis caro conspicitur & in
mortalitatis potentia non uidetur. quasi hamus qui
dem inde deuorantē pimit. unde acumen potun
tie quo transfigat occultat. Sequit. Et funi ligabis
linguā eius. subaudis. ut ego. Scriptura enī sacra fu
ne aliquando dimensionū sortes. aliquando peccata.
aliquando autē fide. designare consuetu. Nam ppt
hereditarias dimensionū sortes dicit. funes ceciderē